Officialis prepositure ecclesie sancti Bartholomei Franckfordensis Maguntinensis dioc. plebanis et divinorum rectoribus ibi-
dem ceterisque ubicumque constitutis subiectis Salutem in domino Ad beneficium altaris sanctorum Johannis baptiste
et Jacobi apostoli maioris Situm in capella omnium sanctorum in novo opido Franckfordensi vacans ad presens per obitum
quondam domini Hermanni Gensbach olim eiusdem beneficii possessoris honorabilis dominus Conradus An-
dree presbiter vicarius in ecclesia sancti Bartholomei Franckfordensis predicte nobis per providum virum
Jacobum Nuhuss Civem Franckfordensem Ad quem iuspatronatus presentandi vacatione contingerit iuxta teno-
rem instauracionis antedicti beneficii seu altaris dinoscitur pertinere extitit Nunc presentatus Supplicans nobis
humiliter et devote quatenus ipsum dominum Conradum de beneficio predicto et eius iuribus prout ad nostrum per-
tinet officium instituere et investire dignaremur Nos igitur iuxta doctrinam apostoli nemini cito manus impo-
nere Sed unicuique ius suum illesum conservare Et de iure tamen presentatoris quam presentati predictorum
plenius informari volentes Vobis mandamus quatenus accedatis quo propterea fuerit accedendum in dicta Ca-
pella et aliis locis publicis publicum proponatis proclamacionem Citantes perempt. omnes et sin-
gulos sua de et in premissis quomodo libet communiter interesse putantes Ut die sabbati proxima post festum
sancti Valentini immediate sequente Compareant Nunc coram nobis Franckfordie In ambitu ecclesie sancti
Bartholomei predicte mane hora primarum et causarum consueta Ad allegandum proponendum et osten-
dendum causam et causas Si quam vel quas habeant rationabiles quare ad presentationem domini Conra-
di presentati canonicam institucionem procedere minime debeamus Nosque de iure et interesse suis si quod
cuiusque seu quorum alterum forsan competerit Nunc informaturi Alioquin prefatum dominum Conradum
presentatum de beneficio sanctorum Johannis baptiste et Jacobi apostoli maioris predicto et eius iuribus
investire curabimus iusticia exigente Et ad ulteriora ut iustum fuerit utique procedemus dictorum
citatorum absencia seu contumacia in aliquo non obstante Reddite litteras sigillatas cum signo execucionis per
vos fideliter facte Datum Anno domini Millesimoquadringentesimoseptuagesimoprimo Die
vicesima mensis Februarii

Executum est feria in valvis ecclesie sancti
Bartholomei in vigilia sancti
Valentini Anno quo supra

Michael Fabri notarius

1471.

Reclamacio d [illegible]

Andree

N. 156.

d ao. 1471.

Officialis prepositure Ecclie S. Bartol.

[illegible] Conradum Andree pbr.

[illegible] Jacobum Wuchs.

Officialis prepositure ecclesie sancti Bartholomei Franckfurden. Maguntin. dioc. plebanis et divinorum rectoribus ibidem ceterisque nec non presbiteris subiectis Salutem in domino. Ad beneficium altaris sanctorum Johannis baptiste
et Jacobi apostoli maioris situm in capella omnium sanctorum in novo opido Franckfordensi vacans ad presens per obitum
quondam domini Hermanni Ysenbach ultimi eiusdem beneficii possessoris honorabilis dominus Conradus Andree presbiter vicarius in ecclesia sancti Bartholomei Franckforden. predicte nobis per providum virum
Jacobum Nuhuß civem Franckforden. ad quem ius patronatus quociens vacare contigerit iuxta tenorem instauracionis eiusdem beneficii seu altaris dicitur pertinere extitit nunc presentatus Supplicans nobis
humiliter et devote quatenus ipsum dominum Conradum de beneficio predicto et eius iuribus prout ad nostrum spectat officium instituere et investire dignaremur. Nos igitur iuxta doctrinam apostoli nemini cito manus imponere sed universis fideliter semper alleviare cupiantes Et de iure tam presentatoris quam presentati predictorum
plenius informari volentes Vobis mandamus quatenus accedatis quo propterea fuerit accedendum in dicta Capella et aliis locis publicis publicum proponatis proclamacionem citantes Citantes peremptorie omnes et singulos sua de et in premissis quomodolibet interesse putantes Ut die sabati proxima post festum
sancti Valentini immediate sequenti compareant hora tercia nobis Franckfordie in ambitu ecclesie sancti
Bartholomei predicte in loco horam primam et causarum consueta Ad allegandum proponendum et ostendendum causam et causas si quam vel quas habeant rationabiles quare ad presentationem domini Conradi presentati canonicam institucionem procedere minime debeamus Nosque de iure et interesse suis si quod
eis seu eorum alteri forsan competeret nunc informaturi Alioquin prefatum dominum Conradum
presentatum de beneficio sanctorum Johannis baptiste et Jacobi apostoli maioris predicto et eius iuribus
investire curabimus iusticia exigente Et ad ulteriora ut iustum fuerit utique procedemus dictorum
citatorum absencia seu contumacia in aliquo non obstante Reddite litteras sigillatas cum signo execucionis per
vos fideliter facte Datum Anno domini Millesimoquadringentesimoseptuagesimoprimo die
tricesima mensis Februarii

Executum fuit sita in valvis ecclesie sancti
Bartholomei in vigilia sancti
Valentini Anno quo supra

Michael Fabri notarius

Colour & Grey Control Chart
Danes Picta
Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta
White | Grey 1 | Grey 2 | Grey 3 | Grey 4 | Black
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN